



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

Formvlae Qvaedam Variiae Et Incerti Avctoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**



# FORMVLAE

## QVAEDAM

VARIÆ ET

INCERTI

AUCTORIS.

*Ex Vet. Cod.*

INCIPIVNT CHARTAE

Regales siue Parensales.

### I. INGENVITAS.

**P**ORTET enim vnum-  
quemq; hominem, dum  
in hac vita viuit, pro ani-  
mæ suæ remedio cogita-  
re. Idcirco ego in Dei nomine ille,  
recogitans pro Dei intuitu, vel pro  
animæ meæ redemptione, vt ab im-  
piorum consortio erui mereamur,  
dimitto ergo à die præsentè verna-

A a iiij

culum iuris mei nomine illum, ingenuum: in ea vero ratione, ut ingenuus permaneat, tanquam si de bene ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus. Peculiare vero si aliquid habet, aut in antea laborare potuerit, in omnibus habeat concessum atque indultum, & munde burdem, vel defensionem ad basilicam sancti illius se habere cognoscat, non ad affligendum, sed ad se defendendum, nisi ut diximus bene ingenuus de hoc die valeat reside-  
re. Si quis vero quod fieri non credo, si fuerit, aut ego ipse, aut vllus de heredibus, aut vlla emissa persona, quæ contra ingenuitatem istam venire, aut eam infringere tentaue-  
rit, fisco discutiente, solidos xxx. multæ componat; & quod repetit per nullum ingenium euindicare valeat: præsens ingenuitas, & merces nostra, firma & stabilis perma-

neat, cum stipulatione subnixa.  
Actum in loco illo.

## II. VENDITIO DE SERVO.

**D**omino magnifico fratri illi  
Emptori, Ego in Dei nomine  
ille venditor. Constat me, non ima-  
ginario iure, nec nullo cogentis im-  
perio, sed proprio voluntatis meæ  
arbitrio, tibi vendere, quod ita &  
vendidi, à die præfente, vernaculum  
iuris mei, nomine illum, nõ furem,  
non fugitium, nec cadium, nec  
vllum vitium in se habentem; sed in  
omni corpore scimus eum sanum  
vsque ad annum & diem. Et accepi  
à te in pretio pro hoc, iuxta quod  
mihi bene complacuit, vel conue-  
nit, solidos tantos, tanto ita vt ab  
hac die memoratum vernaculum,  
superius denominatum, quem da-  
to pretio de me legibus compara-  
sti, habeas, teneas, atque possideas

& quicquid exinde facere volueris, liberè & firmissimè, in tua permaneat potestate ad facièdum. Si quis verò, quod fieri non credo, si fuerit, aut ego ipse, aut vllus de heredibus meis, qui còtra venditionem istam venire aut eam infringere tentaauerit, fisco discutiente solidos xxx. multæ componat, & quod repetit nihil euindicet, sed præsens, &c.

III. *VENDITIO DE  
terra.*

**D**omino magnifico fratri illi  
Emptori, Ego in Dei nomi-  
nis ille venditor. Constat me non  
imaginario iure, nec vlllo cogen-  
tis imperio, sed proprio volunta-  
tis meæ arbitrio, tibi vendere, quod  
ita & vendidi, tibi à die præsentis  
bunnuaria tanta de terra arabili, in  
loco nuncupante illo, qui est in pa-  
go illo, quem de parte parentum

meorum, tam & de alode quàm & de comparato ad me legibus obuenit: hoc est de vno latere terræ illius subiungit, de alio latere illi, & de vno fronte terræ illius, de alio vero fronte per viam publicam. Et accepi à te, in pretio taxato, pro hoc iuxta quod mihi bene complacuit, vel conuentum fuit, solidos tantos, tanto ita vt ab hac die memoratam terram superius denominatam, quam de me legibus comparasti, ipsam hanc habeas, teneas, possideas, vel quicquid exinde facere volueris, libera in omnibus Christo propitio in tua permaneat potestate ad faciendum.

IV. VENDITIO DE SERVO  
ad Ecclesiam.

**B**Reue in vicem venditionis.  
Qualiter vendidit homo aliquis, nomine ille, ad Ecclesiam aliquam, nomine illam, vernaculum suum, nomine illum, à die præfente, non furem, non fugitiuum, non caduium, nec vllum vitium in se habentem, sed in omni corpore scimus eum sanum vsque ad annum & diem, & sicut superius factum est.

V. DONATIO AD SPONSAM.

**D**Vm Dominus ab initio concessit in veteri testamento, & præcepit vt relinquat homo patrem & matrem & adhæreat suæ vxori, vt sint duo in carne vna, & quod Dominus coniunxit homo non separet, Ego enim in Dei nomine ille, dulcissimæ coniugis meæ illi. Dum

& ego te per solidum & denarium  
secundum legem Salicam visus fui  
sponsare, ideo in ipsa amoris dulce-  
dine, dabo ergo tibi à die præsentè,  
quod in perpetuum volo esse man-  
surum, rem pro portione mea in lo-  
co nuncupante illo, qui est in pago  
illo, quæ de parte parentum meo-  
rum ad me legibus obuenit, hoc est  
in ipsa portione, mansis ad comma-  
nendum, cum casticiis supraposi-  
tis, terris arabilibus, & mancipiis,  
vel quicquid in ipsa portione est  
aspectum, tibi dico esse donatum,  
atque firmatum; vt quando die fœ-  
licissimo nuptiarum insimul nos  
Deus coniunxerit, ista omnia supe-  
rius conscripta in tua permaneant  
dominatione ad possidendum. Si  
quis vero, &c.



VI. NOTITIA DE MAN-  
cipio.

**C**Um resedisset ille Vigarius in  
 Clustris viri illius Comitis, in il-  
 lo mallo publico, vna cum ipsis  
 Scabinis, qui in ipso mallo resede-  
 bant, ad causas audiendas, vel recta  
 iudicia terminanda, ibique veniens  
 monachus sancti illius, vel ille Abas  
 nomine illo, de illo monasterio, vna  
 cum aduocato sancti illius, nomine  
 illo, fœminam aliquam nomine il-  
 lam interpellabat, repetebat ei dum  
 diceret, eo quod colona esset sancti  
 illius, de curte sua, quæ dicitur illa,  
 de parte auix suæ, nomine illius  
 quondam, & ipsa illa, & de ipso ser-  
 uitio sancti illius negligens aderat,  
 sed ipsa fœmina de præfenti adstare  
 videbatur, & nullatenus habuit  
 quod dicere, nec opponere, nec tra-  
 dere rationes per quas de ipso serui-

tio sancti illius se abstrahere potuisset: Sic ei in presentia fuit iudicatum, ut ipsum seruitium sancti illius, unde negligens aderat, ipsi aduocato sancti illius reuadiare deberet, quod ita & fecit, & se ad ipsum seruitium sancti illius, ibi se in presentia recredidit. Exinde opportunum fuit, ipsos monachos sancti illius, vel ipsum aduocatum sancti illius, nomine illum, talem notitiam ante ipsas personas, quæ in ipso mallo residebant, manibusque eorum roboratas accipere, quod ita & fecerunt, ut omni tempore ipse aduocatus, vel casa sancta illa, vel ille Abas, vel successores sui, ipsam feminam superius nominatam, vel agnationem suam ad opus sancti illius habeant euindicatam, atque elirigatam. Presentibus his quorum presentia actum fuit. Facta notitia in loco illo publiciter.

VII. NOTITIA DE HO-  
micidio.

**D**Vm & per plures homines  
ponitur in notitia, qualiter  
veniens homo aliquis, nomine ille,  
in cõtubernio, hominem aliquem,  
nomine illum, ipsum ibidem adfal-  
lisset, & ipsum ibidem interfecisset,  
vel occidisset: sed venientes parêtes  
& amici ipsius hominis interfecti  
ante inlustre virum illum Comitē,  
interpellabant ipsum hominē qui  
eorum parentem in contubernio  
adfallisset, vel interfecisset, sed ipse  
ille in præsentia adstare videbatur, &  
hanc causam nullatenus potuit de-  
negare, sed taliter fuit confessus,  
quod instigante inimico, ipsum  
hominem interfecisset, vel occidif-  
set. Tunc taliter ei iudicauerunt, vt  
ipsam leudem, vel ipsum homici-  
dium ad ipsos parentes legib. trans-  
soluere

soluere deberet: quod ita & fecit,  
sed postea in ipso placito ei fuit iu-  
dicatum, vt ipsi parentes talem epi-  
stolam securitatis, manu eorum vel  
bonorum hominum firmatam, ei  
fieri vel conscribere deberēt, quod  
ita & fecerunt, vt post hunc diem,  
nec ipsi illi, nec vllus in causa ipso-  
rum, nec vlla opposita persona de  
præfata morte illius quondam, nec  
de ipso homicidio, nec de ipsa leu-  
de nullam reclamationem, nec nul-  
lum impedimentum pontificium  
non habeant ad faciendum. Qui  
hoc facere voluerit, ipsos solidos  
per manus reddat, & ob hoc soli-  
dos tantos vna cum fisco discutien-  
te multæ componat, & qui repetit  
nihil euindictet.

B b

VIII. SECVRITAS DE  
*homicidio.*

**C**Vm resedisset in iustis virille Comes in illo mallo publico, ad vniuersorum causas audiendas, vel recta iudicia terminanda, ibique veniens homo aliquis nomine ille repetebat ei, dum diceret eo quod ipse ille hominem suum nomine illum quondam bene ingenuum in via malo ordine ipsum adfallisset, & ipsum ibidem interfecisset, vel occidisset, & rauba sua, caballos, aurum & argentum, & drapalia, exinde tulisset, vel deportasset, vel leudem contra legem ibi burisset; sed ipse ille de præsentia ad stare videbatur, & hanc causam nullatenus potuit denegare, sed taliter fuit professus, quod faciente inimico ipsum hominem occidisset, vel interfecisset; sed taliter in ipso mal-

lo ei iudicauerunt, vt ipsum hominem, vel ipsam leudem legibus exinde transsoluere deberet, quod ita & fecit; sed postea apud ipsum gratificationem, vel apud ipsos bonos homines qui in ipso mallo resedebant epistolam securitatis manu eorum firmatam accipere deberet, quod ita & fecit: vt post hanc diem, nec ipsi illi, nec vllus de heredibus suis, nec vllus in causa ipsorum, & hominis interfecti quondam, nec vlla opposita persona de presentia die de ipsa morte illius, nec de ipso homicidio, nec de ipsa leude contra ipsum illum nullam reclamationem, nec nullum impedimentum pontificium non habeat ad faciendum: & qui hoc facere presumpserit, duplum tantum, quantum ipsa leodis continet, & partibus cui hæc facta est, vna cum socio fisco coactus multæ componat, & quod repetit vindicare non valeat.

B b ij

IX. DONATIO QVAM PA-  
ter facit filio suo.

**D**Ulcissimo atque amantissi-  
mo filio meo illi, Ego in Dei  
nomine ille genitor tuus. Dum &  
ego te dulciter enutriui, & tu mihi  
fideliter deseruisti, vel tuum serui-  
tium, vel beneuolentiam, circa par-  
tem nostram habemus cōpertam,  
ideo in ipso amore dulcedinis, vel  
tuo seruitio componente, dabo er-  
go tibi à die præsentē quod in per-  
petuum volo esse mansurum, hoc  
est mansum ad commanendum, cū  
casticia superposita, terris atabili-  
bus, & mancipiis, his nominibus il-  
lis & illis, vt per hanc epistolam do-  
nationis, vel deliberationis nostræ,  
manu mea vel bonorum firmatam,  
vt quamdiu adiuuis tam tu ipse quā  
hereditas tua, contra tuos germa-  
nos & germanas, quieto ordine vel

elitigato valeas possidere, vel dominare, propterea hanc epistolam traditionis, vel deliberationis nostræ manu mea firmatam exinde tibi fieri, vel conscribere rogavi, vt de præsentis die de ipso manso, vel quicquid ad ipsum mansum aspicit, & ipsa mancipia superius denominata hoc habeas, teneas atque possideas.

X. *CONCVLCATVRIA QVAM  
Abas facit ad hominem suum.*

**E**GO in Dei nomine, ac si peccator, venerabilis vir, ille Abas de monasterio sancto illo, quod est in pago illo constructum. Dum & omnibus non est incognitum, qualiter filius serui nostri nomine ille, quandam fœminam nostram nomine illam, beneingenuam, filiam illius quondam, cõtra voluntatem parentum ipsius fœminæ sociavit,

Bb iij



sibi ad coniugium: sed postea ipsis parentibus complacuit & nobis, vt talem epistolam conculcaturia manu nostra vel à fratribus nostris firmatam, ipsi foeminae fieri vel firmare rogaremus, vt de ipso seruitio, si agnatio inter ipsos apparuerit, in seruitio publico nunquam sint coinquinati, sed sub integra ingenuitate dies eorum debeant perseuerare. Et precor atque suplico ad successores nostros, vel ad Deum timētes homines, vt benefacta nostra iubeant conseruari, qualiter ipsi velent, vt in postmodum eorum facta debeant esse stabilia; Et per malorum hominum infestationem, multam in ipsa epistola conculcaturia fieri vel conscribere rogauimus, vt si fuerit, quod Deus non permittat, extranea pars, quæ hæc facta nostra infringere voluerit, imprimis iram Dei, & sancti illius incurrat, & ob

hoc fol. C. partibus ipsius cui hæc facta est multæ componat, & quod repetit vindicare non valeat.

XI. DONATIO QUAM HOMO facit ad filium suum.

**E**Go in Dei nomine ille. Constat me in amore Domini nostri Iesu Christi, vt veniam delictis meis consequi mereamur, donasse, & dono donatumque esse volo ad dulcissimum filium meum nomine illum, peciam de terra arabili, in loco qui dicitur ille, qui est in pago illo, per locos designatos vel circuitus: in ea ratione vt post hunc diem iam dictus filiulus meus, cui epistola donationis ista legibus facta fuit, ipsam terram habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam in omnibus Christo propitio, habeat potestatem. Et si quis, &c.

Bb iij

XII. NOTITIA DE CRUCE  
*euindicata.*

**D**Vm & omnibus non est incognitum, qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vigarium inlustris viri illius Comitis nomine illo, aduersus hominem aliquem nomine illum, repetebat eisdum diceret, eo quod terram suam de suo manso, vel de sua potestate malo ordine propriisset, sed ipse ille de presenti adstare videbatur, & hanc causam fortiter denegauit, quod suam terram de suo manso malo ordine nunquam propriisset, nec post se nunquam retinuerit, sed taliter ei fuit iudicatum, in ipso placito, ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses, ut ad crucem ad iudicium Dei, pro ipsa terra in noctes XLII. in ipso placito pro hoc deberent adstare, quod ita & fecerunt,

sed venientes ad ipsum placitum, sicut eis fuit iudicatum, ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses, ad ipsum iudicium, vel ad ipsam crucem visi fuerunt stetisse, sed ipse illum hominem qui ipsam terram propriis ad ipsum iudicium, vel ad ipsam crucem, conuicit: sed ipse in ipso placito, ad ipsam crucem visus cadisse, sed dum hæc causa sic fuit inuenta, quod ipse ille qui ad ipsum iudicium, vel ad ipsam crucem cecidisset, solidos tantos ei transsoluere deberet, quod ita & fecit, & de ipsa terra ipsum illum legibus reuestire deberet, quod ita & fecit. Tunc taliter ei iudicauerunt, vt ipse ille de præsentis die ipsam terram tam contra ipsum illum, vel heredes suos, quam contra quemlibet hominẽ, omnique tempore habeat euindicatam atque elitigatam, vt tam ipse ille quam & posteritas sua post hæc

diem prædictam terram, quieto ordine valeat possidere vel dominare, & ducti & securi exinde valeant residere. Factum iudicium in loco illo publiciter.

XIII. *CAVTIO DE CLAVIBUS.*

**D**Vm & per plures homines est patefactum, qualiter in Dei nomine ille, veniens in placito ante illos, vel quamplures bonos homines, aduersus hominem nomine illum, repetebat ei dum diceret, eo quod cellaria, vel camara, & granica, quicquid in eis habuit repositum, hoc est aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, annonã, vel vitalia sua, per suas clauas commendasset, ad custodiendum vel ad saluandum, & ipsam rem in naufragium, vel in damnum posuit. Sed ipse ille de præsentibus adstabat, & hæc

causam nullatenus potuit denegare: sed taliter ei fuit professus, quod ipsam rem superius denominatam, per suum neglectum, & per suum facinus fuit perdita, vel naurata. Tunc taliter ei iudicauerunt, vt ipsam rem ei transsoluere vel emendare deberet, sed ipse ille nullatenus habuit, vnde ipsam rem transsoluere vel emendare deberet. Sed taliter ei fuit iudicatum, vt talem cautionem de capite suo, manu sua vel bonorum hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogaret, quod ita & fecit. Vt dum ipsam rem non habui, nec pretium vnde transsoluere vel emendare debuissim, vt quamdiu adiuam in seruitio publico, quod mihi iniungitis, vobis deseruire debeam, & si negligens aut tardus de ipso seruitio apparuero, qualemcumque disciplinam ad alios seruos tuos impendis, talem super

me potestatem habeas ad faciendum. Et si fuerit aut ego ipse, aut vllus de meis heredibus, qui contra hanc cautionem venire aut reclamare, &c.

XIV. *CONCAMIATURA* inter duos Abates.

**P**Lacuit auxiliante Domino, atque conuenit, inter venerabilem virum illum, Abatem de monasterio illo, vel cōgregationem monasterij sui, necnon & magnificum virum illum, de commutatione locorum, quam inter se facere deberent, quod ita & fecerūt. Per quam accepit venerabilis vir ille Abas ad opus monasterij sui in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est in ipso loco illo mansus ad manendum, casticiis superpositis, terris arabilibus, vel quicquid in ipso loco ad præsens cernitur esse pos-

sessio, totum & ad integrum re in-  
exquisita in commutatione, vel in  
concamio. Simili modo vir magni-  
ficus ille accepit ad opus suum aliā  
rem in loco nuncupante illo, qui  
est in pago illo, hoc est quod supe-  
rius diximus totum, & ad integrum  
re inexquisita, in commutatione  
vel in concamio; Vnde duas episto-  
las pariculas, vno tenore conscri-  
ptas, manu eorum vel bonorum  
hominum firmatas, inter se fieri, &  
firmare rogauerunt, vt vnusquisq;  
post hunc diem quodā pari suo in  
commutatione, vel in concamio  
accepit, teneat atque possideat, vel  
quicquid.

XV. CHARTA TRACTVRIA.

**D**Omnis, sanctis, & Apostoli-  
cis ac venerabilibus in Chri-  
sto patribus, Regibus, Comitibus,  
Episcopis, Abatibus, Sacerdotibus,



Clericis, vel omni populo Christiano; qui in Romanorum vel Longobardorum prouinciis, Deo seruiunt, tam in monasteriis, quam & in ciuitate, seu per pagos, vel per vicos, ego in Dei nomine ille Maior domus. Cognoscat magnitudo seu & sanctitas vestra, quod iste frater noster nomen ille, seruiens vester, petiit nobis vt ad basilicam S. Petri patris vestri, pro suis culpis, vel pro nostra stabilitate, valeat ambulare ad orationem. Propterea has litteras cum salutatione per ipsum ad vos direximus, vt in amore Dei, & S. Petri, ipsum ad hospitium recipiatis, ad benefaciendum, vel ad suam consolationem, tam ad ambulandum quam & ad intrandum, vt per vos saluus eat & saluus reuertatur, interim sicut vestra est consuetudo bona, vel consolatione, vel adiutorium ei impendere iubeatis,

latumque diem iubeatis habere.  
Cuius potestas regnat in æternum,  
ipse vos custodiat in regno suo per-  
petuo, & salutamus vos omnes sa-  
lutationes plenissimas.

XVI. DONATIO QUAM HO-  
mo donat ad suam parentem.

**D**ilectissimæ atque amabili mi-  
hi in Domino consobrinæ  
meæ nomine illo, ego in Dei nomi-  
ne ille. Dum & pluribus est perco-  
gnitum, eo quod tu partibus meis  
amabilia seruitia impendere nõ de-  
finis, pro tua bonitate, & pro eo  
quod dictum est, faciamus bonum,  
ad omnes, maximè autem ad dome-  
sticos fidei, vel ad propinquos no-  
stros. Igitur dono tibi à die præsen-  
te per hanc epistolam donationis,  
quæ in perpetuum sit mansura, &  
de iure meo in tua dominatione  
trado atque firmabo, id est māsūm

ad commanendum, in pago illo, in loco qui dicitur ille, & est ipse mansus per loca designata de latere vno, & de fronte terræ illius, & de alio latere & fronte terræ illius, tanto ita vt ab hac die memorata consobrina mea illa, quicquid de ipso manso facere voluerit, vt absq; vniuscuiusque repetitione, liberam in omnibus habeat potestatem ad faciendum.

XVII. DONATIO AD  
*casam Dei.*

**P**Rudens consilium baiulat, qui pro animæ suæ remedio cogitat illi Dominum retribuere, & exinde habere cogitat, & de Dei misericordia non dubitat. Idcirco nos in Dei nomine ille, & coniux mea illa. Admonet nos diuina pietas, & Christi misericordia, vt aliquid de rebus nostris pro redimēda vltione nostro-

nostrorum peccaminum, Domino offerre deberemus, vt in die iudicij misericors Dominus, vel in aliquantulum de scelere nostro nobis relaxare dignaretur, donamus compūcto corde & deuoto animo ad basilicam illam, quæ est in honore sancti illius constructa, in loco illo, hoc est rem nostram, in loco nuncupante illo, hoc est in ipsa re mansis ad commanendum, casticiis, superpositis, terris, arabilibus, vt post hunc diem ipsi custodes qui ad ipsum sanctum locum deseruiunt, ipsam rem superius denominatã habeant, teneant atque possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam & firmissimam habeant potestatem ad faciendum. Et si quis.

XVIII. PACTVM DIVISIONIS  
inter fratres.

**P**Actum diuisionis inter fratres, qui sunt ille & ille, heredes illius & illius quondam, qualiter se de alode eorum diuidere vel exequare deberent, quod ita & fecerunt. Per quem accepit vir magnificus ille mansum illum, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est ipse mansus circumcinctus cum arboribus & casticiis, superpositis, terris arabilibus, & cætera. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus suum, alium mansum, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, in Cetena illa, hoc est quod superius diximus mansum circumcinctum cum arboribus & casticia superposita, terris, arabilibus, & cætera, vel quicquid pars contra partem suam per æqualentiam inter se

diuiserunt, absque vlla repetitione,  
vel reclamatione, hoc habeant, te-  
neant, possideant, vel quicquid ex  
inde facere voluerint, libera in om-  
nibus Christo propitio in sua per-  
maneat potestate ad faciendum. Et  
si quis vero.

XIX. *VENDITIO AD  
monasterium.*

**V**enerabili in Christo patri illi,  
Abati de monasterio qui vo-  
catur sancti illius, quod est in pago  
illo, super fluuium illum constru-  
ctum, emptori, Ego in Dei nomine  
ille venditor. Constat me non ima-  
ginario iure, nec nullo cogentis im-  
perio, sed proprio voluntatis meae  
arbitrio, vobis vel ad monasterium  
vestrum vendere, quod ita & vendi-  
di vobis à die praesente, rem pro  
portione mea, in loco nuncupante  
illo, quod est infra pagum illum,

Cc ij

quod de parte parentum meorum  
ad me legibus obuenit, hoc est tam  
mansis, casis, casticiis, mancipiis, in-  
genuis, his nominibus, vel quic-  
quid ibidem præsens est mea domi-  
natio, totum & ad integrum de iu-  
re meo in dominatione vestra, per  
hanc venditionem tradidi vobis ad  
possidendum; & accepi à vobis in  
pretio taxato, iuxta quod nobis  
aptificatum vel conuentum fuit, so-  
lidos probos atque pensantes, nu-  
mero tantos; tanto ita vt ab hac die  
memorata omnia, superius nomi-  
nata, quæ de me legibus compara-  
stis, hoc habeatis, teneatis, possidea-  
tis, tam vos quàm & successores ve-  
stri liberum & firmissimum in ve-  
stra permaneat potestate ad facien-  
dum. Si quis vero.

quod de parte parentum meorum  
ad me legibus obuenit, hoc est tam  
mansis, casis, casticiis, mancipiis, in-  
genuis, his nominibus, vel quic-  
quid ibidem præsens est mea domi-  
natio, totum & ad integrum de iu-  
re meo in dominatione vestra, per  
hanc venditionem tradidi vobis ad  
possidendum; & accepi à vobis in  
pretio taxato, iuxta quod nobis  
aptificatum vel conuentum fuit, so-  
lidos probos atque pensantes, nu-  
mero tantos; tanto ita vt ab hac die  
memorata omnia, superius nomi-  
nata, quæ de me legibus compara-  
stis, hoc habeatis, teneatis, possidea-  
tis, tam vos quàm & successores ve-  
stri liberum & firmissimum in ve-  
stra permaneat potestate ad facien-  
dum. Si quis vero.

## XX. PRECARIA.

**I**N Christo venerabili patri, & domno illi Abati de monasterio sancti illius, quod est in pago illo super fluuium illum constructum, ego in Dei nomine ille precator. Accessi ad vos vt ré pro portione vestra, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quam ego ille ante hos dies per venditionis titulum dato precio, sancto illi, seu vestro monasterio adfirmaui, hoc est in ipsa portione mansum ad commanendum, casticiis, superpositis, terris arabilibus, mancipiis, ingenuis, his nominibus, vineis, pratis, syluis, pascuis, vel quicquid ibidem aspicit vobis delegauimus, sed postea taliter vobis supplicauimus, vt ipsam portionem ad vsum beneficij ad excolendum quandiu adiuuo mihi præstare vel relaxare deberetis, quod ita

Cc iij



& fecistis. Propter ea hanc precariam, manu mea vel bonorum hominum firmatam, vobis exinde emisimus, vt annis singulis censum denariorum tot ad luminaria sancti illius, & illa decima de omnibus fructibus, quicquid supra ipsam conlaborare potuerimus die illo, quod eueniet festo ipsius sancti illius pro hoc vobis dare, & adimplere faciam. Et si negligens aut tardus de ipso censu ad illud placitum apparuero, fidem exinde vobis legibus faciam, & ipsam rem dum adiuuo per vestrum beneficium tenere & vsufructuare faciam; in ea vero ratione, vt aliubi ipsas res nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias causas Dei delegare, nec in naufragium ponere, nec ad proprium facere, nec heredibus meis in alode derelinquere pontificium non habeam ad faciendum, nisi post

meum discessum, vna cum re immeliorata vel superposita quicquid ibidem inuentum fuerit, absque vilius iudicis contradictione pars monasterij vestri ad vestrum faciat reuocare dominium. Si quis vero.

*XXI. COMMENDATA.*

**I**N Christo filio Ecclesiae illi, in Dei nomine ille Abas, de monasterio illo sancti illius, quod est in pago illo, vna cum consensu fratrum nostrorum. Dum & tua fuit petitio, & nostra decreuit voluntas, vt duas partes darem pro portione nostra in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quem tu ipse ante hos dies per venditionis titulum dato pretio de thesauro sancti illius nobis vendidisti, sed postea taliter nobis supplicasti, vt ipsius portionis duas partes, in praedicto loco illo, ad usum beneficij ad excolendum,

Cc iij

quamdiu adiuuis, tibi præstare deberemus: quod ita & fecimus. Propterea hanc commendatiam manu nostra firmatam tibi pro hoc dedimus, vt annis singulis, censum tantum, & illam decimã de omni fructu, quicquid supra ipsam terram conlaborare potueris, quod eueniet festo sancti illius, pro hoc dare debeas. Et si negligens aut tardus ad id placitum de ipso censu fueris, fidem exinde pro hoc nobis facias, & ipsam rem ad viuentum tuum per nostrum beneficium teneas, in ea tamen ratione vt ipsam rem alibi, nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias casas Dei delegare, nec ad proprium facere, nec heredibus tuis in alode derelinquere, nec in naufragium ponere, potestatem non habeas ad faciendum, nisi post tuum discessum, vna cum ipsa re immeliorata, vel superposita,

quicquid ibidem inuentum fuerit,  
 sine vllius iudicis cōsignatione pars  
 monasterij nostri elitigato ordine  
 præsentialiter ipsam rem immelio-  
 ratam in nostrum faciat reuocare  
 dominium, & hæc commendatia  
 firma sit. Facta commendatia in ip-  
 so monasterio sancti illius, publici-  
 ter in anno XII. regni.

XXII. INDICVLVS QVEM  
*præpositus transmittit ad*  
*Abatem.*

**D**omino sancto & Apostolica  
 sede colendo, in Christo ve-  
 nerabili domno & patri illi pontifi-  
 ci, vrbis illius, ciuitatis illius, Ego in  
 Dei nomine ille, bene cupiens ve-  
 ster, in Domino vobis dirigimus  
 salutem, & precamur sanctitatem  
 vestram vt pro nobis orare digne-  
 mini. Denique cognoscatis quod  
 iste homo vester, nomine illo, ad

nos confugium fecit, & dixit quod contra vos culpas habeat commiffas. Propterea has litteras cum falutatione ad vos direximus, & precamur vobis, vt vitam & immanationem, & disciplinam corporalem ei concedere iubeatis, aliam pœnitentiam qualem ei volueritis iudicare in veftra eft poteflate. Qualiter ipfe homo fecum gaudeat, quod noftram fuggeltionem ad vos deportaffet, & vnde nobis reconiungitis vobis remerire cupimus. Quid plura.

XXIII. INDICVLVS QVEM  
*præpofitus transmittit ad  
 Abatem.*

**D**iligendo ad nos domno, & in Christo patri nofthro venerabili illi Abati, Ego ille feruiens atq; præpofitus vefter. In primis, illud precamur fanctitatem veftram, vt

in vestra sancta oratione pro me esse non dedignemini. Denique domine cognoscatis, de isto seruitio vbi nos transmisisistis, per verbum illustri viri illius Comitis, sui iuniores non exinde fecerunt quomodo eis fuit demandatum. Propterea has litteras ad vos direximus, vt de ipso certiores sitis, & in antea quomodo vobis est vtile sic compensetis, vt nostram rem non perdamus. Quid plura? salutamus vos vsque ad gaudium.

XXIV. INDICVLVS QVEM  
*Abas transmittit ad hominem  
pagensem.*

**D**ulcissimo nostro, & vt credimus amico sancti illius in Dei nomine illi, ille etsi peccator Aba: nos & nostri, seruientes vestri, in Domino vobis dirigimus salutes, & illud precamur Deum vt merea-

ris agere in ista vita quod Deo sit  
beneplacitum. Precamur vos de il-  
lis vestris homunciunculis, qui in  
vestro ministerio commanent, vel  
de nostris causis inuicem nostrum  
bonum certamen exinde mittatis,  
sicut nos de vestra charitate bene  
confidimus, vt sic exinde perporta-  
re faciatis, vsque nos insimul con-  
iungimus. Quid plura?

XXV. INDICVLVS QVEM  
*Episcopus transmittit ad  
Abatem.*

**S**ANCTORUM meritis beatificato  
domno atque patri, Deiq; cul-  
tore, & vt confidimus vero amico  
nostro illi gratia Dei Abati: nos  
enim in Dei nomine ille quamuis  
peccator donum Dei Episcopus.  
Dues scit, vester in omnibus pro-  
prius amicus, imprimitus salutatio-  
nem. *Desunt reliqua.*

XXVI. CAVTIO DE IN-  
*fracturis.*

**C**ontigit, quod cellarium, vel  
aspicarium vestrum infregi, &  
exinde annonam, vel aliam raupam  
in solidos tantos furavi, dum & vos  
& aduocatus vester, exinde ante il-  
lum Comitem interpellare fecistis,  
& ego hanc causam nullatenus po-  
tui denegare. Sic ab ipsis Racim-  
burgiis fuit iudicatum, vt per Vua-  
dium meum, eam contra vos com-  
ponere atque satisfacere debeam,  
hoc est solidos tantos vel \*: sed dum  
iplos solidos minimè habui vnde  
transsoluere debeam sic mihi apti-  
ficauit, vt brachium in collum po-  
sui & per comam capitis mei coram  
præsentibus hominibus tradere fe-  
ci, in ea ratione vt interim quod ip-  
sos solidos vestros reddere potue-  
ro, & seruitium vestrum, & operam



414 FORMVLÆ VETERES.  
qualemcumq; vos vel iuniores ve-  
stri iniunxeritis, facere & adimplere  
debeam, & si exinde negligens, vel  
iactius apparuero, spondeo me  
contra vos, vt talem disciplinam su-  
pra dorsum meum facere iubeatis,  
quam super reliquos seruos vestros.

*Finis Formularum.*

TITVLI SEV CAPITV-  
la superiorum Formularum.

- I. *Ingenuitas.*
- II. *Venditio de seruo.*
- III. *Venditio de terra.*
- IV. *Venditio de seruo ad Ecclesiam.*
- V. *Donatio ad sponsam.*
- VI. *Notitia de mancipio.*
- VII. *Notitia de homicidio.*
- VIII. *Securitas de homicidio.*
- IX. *Donatio quam pater donat filio suo.*
- X. *Conculcatoria.*
- XI. *Donatio quam homo donat ad filium suum.*
- XII. *Notitia de cruce euindicata.*
- XIII. *Cautio de clauibus.*
- XIV. *Concarniatura inter duos Abates.*
- XV. *Charta tracturia.*
- XVI. *Donatio quam homo donat ad suam parentem.*
- XVII. *Donatio ad casam Dei.*

- XVIII. *Pactum diuisionis inter fratres.*  
XIX. *Venditio ad monasterium.*  
XX. *Precaria.*  
XXI. *Commendatia.*  
XXII. *Indiculus precatorius ad Episcopum.*  
XXIII. *Indiculus quem præpositus transmittit ad Abatem.*  
XXIV. *Indiculus quem Abas, transmittit ad hominem pagensem.*  
XXV. *Indiculus quem Episcopus transmittit ad Abatem.*  
XXVI. *Cautio de infracturis.*